1451 August 28, ⟨Windesheim⟩. **Nr. 1662**

Bericht des Priors Wilhelm von Windesheim an alle Prioren und übrigen dem Generalkapitel von Windesheim Unterstellten über den Aufenthalt des NvK in Nordhorn, Deventer, Diepenveen, Windesheim, Zwolle und Kampen sowie über die ihm von NvK erteilte Absolutionsvollmacht, die Wilhelm dieser Vollmacht gemäß hiermit an die anderen Prioren und Rektoren weitergibt.

Kop. (etwa gleichzeitig, im Anschluß an ein Mitteilungsschreiben des Ausstellers von etwa 1451 IX 8, von der Hand des Böddekener Augustiner-Chorherren Johannes Valbert): Paderborn, *Archiv des Erzbistums, Hs. 44 (Böddekener Kopiar) f. 336v Nr. 727. Zur Hs. s.o.* Nr. 1327.

Wie die wörtlichen Übereinstimmungen mit dem Bericht im Chronicon Windeshemense *des Johannes Busch zeigen (s.o. zu den einzelnen Aufenthaltsorten), diente ihm* Nr. 1662 *als unmittelbare Vorlage.*

Über dem Text: Circa festum Nativitatis beate Marie virginis anni ut supra venerabilis pater prior de Wyndeshem emisit sequentes copias signatas sigillo prioratus sui in Bodeken et alia monasteria ordinis nostri in Saxonia ad publicandum ea, que in ipsis narrantur.

De gestis domini legati in Wyndeshem et alibi.

Notum sit omnibus prioribus ac omnibus capitulo generali vocato de Wyndeshem subiectis, quod admodum reverendissimus dominus Nicolaus cardinalis legatus per totam Almaniam constitutus parvitati nostre veniens ad nos sese inclinaverat. Quam magnum eciam fructum predicando, observando, increpando ac optime vite sue exemplo in populis facit, ubicunque locorum venerit, non est nostre parvitatis enarrare. Nimirum qui manus suas ab omni munere excutit, que sibi passim a magnatibus terre copiosissime hincinde exhibentur et magnifice contempnuntur, nisi forte quoad cibum et potum pertinencia ab ipso quandoque aliqua admittantur.

Que autem ad nos spectant, scire placeat, quod primum omnium monasteriorum nostrorum visitavit domum nostram in Northorn cum paucis servorum suorum[1]), in qua celebravit, predicavit et se in omnibus humilem, affabilem atque benignissimum exhibebat, veluti eciam post hoc veniens cum maxima multitudine Dauantria⟨m⟩[2]) atque ulterius rogantibus nobis in Depenveen[3]), in Windeshem[4]), ubi una nocte preter familiam suam fere centum hospites habuimus et equos innumerabiles. Ubi facto mane in ipsa octava Assumpcionis beate virginis[5]) post primas in domo capitulari fecit nobis primus quidem episcopus comes itineris sui pulchrum sermonem[6]), deinde ipse pulcherrimum.[7]) Quibus finitis cantavit ipse summam missam nobis concinentibus cum maxima, ut decuit, solemnitate. In omnibus hiis mira suavitate tam facto quam verbo ostendit, quantum nos et ordinem nostrum diligeret; quod idem eciam de summo pontifice referebat. Nos autem tam coniunctim quam divisim attento favore viri et spe obtinendarum graciarum iubilei cum aliis, que poposcimus, maxime pro honore capituli nostri, non cessavimus in omnibus, quantum potuimus, complacere dominacioni ipsius detinendo eum aput nos et ad Belhem in Swollis[8]) atque ulterius in usque civitatem Campensem[9]) eum deducendo, non parcentes laboribus et expensis, donec omnibus litteris nostris graciosissime expeditis cum gaudio accepta ab eo benedictione ad nostra reversi sumus.

Quod olim in ipso anno iubilei papa isto domino cardinale intercedente contulit nobis, ut in littera tactum est[10]), hoc tantum inuit, quod monasteria extra Alamaniam situata alias huius gracie participes fieri nequivissent. Unum est, quod oretenus in capitulo nostro persone mee commisit, videlicet audire omnium confessiones et absolvere, addens, vel quibus ego committerem. Cuius verbi vigore ego ipse frater Wilhelmus in Wyndeshem eandem commissionem et auctoritatem transfero hiis scriptis in omnes priores et rectores capituli nostri singulos, dumtaxat super sibi subiectos, licet eciam ipsis eligere confessorem. Declaravit insuper hic reverendissimus dominus non esse necesse repetere in confessione, que quisque existens in bono proposito rite semel confessus est. Itaque, dilectissimi patres, solliciti estote, ut, si qua sunt monasteria in remotis partibus, ad que nostri nuncii non perveniunt, ut fiat illis notum a vicinioribus tempestive eo, quod in principio februarii auctoritas domini legati expirat. Et si qui sunt vestrum, qui de preteritis contribucionibus capitulo aliquid tenemini, rogo, ut detis presencium exhibitori, ut viaticum habeat. Amplius enim de talibus solvere cessabitis.

Omnia ad laudem Christi, qui dilectas mihi paternitates vestras pro me orantes feliciter conservare dignetur. Scriptum ipso die sancti Augustini patris nostri per me fratrem vestrum Wilhelmum

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

in Wyndeshem, quem nostis. Anno eiusdem domini nostri millesimo quadringentesimo quinquagesimoprimo.

---

[1]) *Wohl 1451 VIII 11; s.o.* Nr. 1603 *und* 1604.
[2]) *1451 VIII 13–20; s.o.* Nr. 1608 *und öfters bis* Nr. 1629.
[3]) *1451 VIII 21; s.o.* Nr. 1631.
[4]) *1451 VIII 21–22; s.o.* Nr. 1632–1642.
[5]) *1451 VIII 22.*
[6]) *Thomas Livingston; s.o.* Nr. 1633 *Z. 2–4 mit Anm. 3.*
[7]) *S.o.* Nr. 1633 *Z. 4f. mit Anm. 4.*
[8]) *1451 VIII 22–26; s.o.* Nr. 1642–1657.
[9]) *Wohl 1451 VIII 26; s.o.* Nr. 1658.
[10]) Nr. 1634; *s. dort Z. 4ff.*

zu 1451 August 28, Arnheim und Grave. **Nr. 1663**

Eintragung in der Stadtrechnung von Arnheim über eine Gesandtschaft an die Herzogin von Geldern nach Grave; sie soll gebeten werden, dat si enen brieff wold scriven aan den legaet.[1])

Or.: Arnheim, *Gemeentearchief, Oud-archief, Inv. no. 1245 (1451/52) f. 33ᵛ.*
Erw.: Meinsma, Aflaten 101f.

---

[1]) *Meinsma vermutet als Inhalt des Briefes die Einladung des NvK nach Arnheim.*

1451 August 28, Rom. **Nr. 1664**

Kardinal Estouteville an Kg. Karl VII. von Frankreich. Er teilt ihm mit, daß der Papst zwei Legaten bestimmt habe, den einen für Frankreich, nämlich ihn selbst, den anderen für England[1])*, um Frieden zwischen den beiden Königen und Königreichen zu stiften.*

Or., Pap.: Paris, *Bibl. Nat., latin 9071 f. 32.*
Druck: Ourliac, Pragmatique Sanction 427 Nr. 1 = Ourliac, Études I 393.
Erw.: Du Fresne de Beaucourt, Histoire de Charles VII, V 193f.; Ourliac, Pragmatique Sanction 415 = Ourliac, Études I 384; Meuthen, Universalpolitische Ideen 205.

---

[1]) *Nämlich, ungenannt, NvK.*

⟨1451 August 28 / September 3, Hildesheim.⟩[1]) **Nr. 1665**

⟨Der Rat von Hildesheim⟩ an NvK.[2]) *NvK möge, den Suppliken entsprechend, die ihr Gesandter* Hinricus Block *ihm vorlegen werde, das Recht des* Iohan Howech, *des Sohnes eines Mitratmannes, an einer Präbende zu St. Johann vor Hildesheim gegen* Iohannes Hoppener *sichern.*[3])

Reinentwurf: Hildesheim, *Stadtarchiv, Hss. die Altstadt betr. Nr. 65 f. 77ᵛ.*
Druck: Doebner, Urkundenbuch VII 25f. Nr. 50.
Erw.: Schwarz, Regesten 459 Nr. 1837.

Sie hätten kürzlich ihren Kaplan Hinr(icum) Trouen *wegen der Präbende in der Kirche St. Johann vor ihrer Stadt zu NvK gesandt. NvK habe nämlich darin auf ihre Bitte den Sohn eines Mitratmanns,* Iohan Howech, *eingesetzt, wofür sie NvK sehr dankbar seien. Doch werde* Iohan Howech *von einem* Iohannes Hop-

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.